



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Lvgdolfo Magdebvrgensi Archiepiscopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

serit voluntate. Et cum viginti sint Ecclesiae vestrae Canonici, absente parte tertia, & nihil de ipsa electione sciente, xix. Canonicorum subscriptiones ibidem inventae fuerunt. Vnus etiam de praesentibus, nepos scilicet venerabilis fratris nostri Andegaven. Episcopi, minor X IV. annis, nec locum in Capitulo nec stallum habebat in choro. Alius etiam se tunc fuisse absentem, & quod contradixerit facto vestro, & appellaverit ante factam electionem, in auditorio nostro est publicè protestatus. unde crimen falsi committentes poterant formidare. Cumque hujusmodi & similia objicerentur praefato W. tanquam reus delatos ante sententiam honores non poterat postulare, cum & secundum Canones valde grave sit & indecens ut vir, de quo talia referuntur, cum antea dicuti & disquiri debeat, honoretur. Ad haec accedit, quod idem W. astriclus curiae nexibus perhibetur, & cum filios habeat undecunque, fraudulenter proponitur in Diaconum ordinatus. His igitur & similibus contra factum vestrum in nostro & fratum nostrorum auditorio allegatis, cum nobis de veritate negotij constitisset, attentes quod non statim qui accusatur reus est, sed qui convincitur criminosis, quamvis multa contra præfatum W. fuissent proposita, quia tamen nulla probata fuerunt, communicato fratum consilio non ob impedimentum personæ, sed propter electionis vitium, quod à vobis factum fuerat circa præmissam electionem duximus irritandum, universitati vestrae per apostolica scripta mandantes quatenus convenientes in unum, & Spiritus sancti gratia, sicut moris est, invocata, in patrem & Episcopum animalium vestrarum tales personam canonice ac concorditer eligatis, quæ tam præesse noverit quam prodebet; per cuius circumspectionem providam & prudenteriam circumspectam Abrincen. Ecclesia, præveniente divina gratia & sequente, in spiritualibus & temporalibus valeat salubriter gubernari. Datum Laterani XVI. Kalend. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.



*ABBATI SANCTÆ MARIAE  
de Casanova, ejusque fratribus tam  
praesentibus quam futuris regularem vi-  
tam professis in perpetuum.*

*Epiſt. 19.  
De confor-  
matione privile-  
giorum.*

**R**eligiosam vitam eligentibus &c. usque ad verbum ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciens. fratrum in eodem monasterio &c. usque ad verbum vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono nobilis viri Berardi Comitis Laureti, terras cultas & incultas, vineas, & sylvas, quæ his finibus concluduntur, videlicet à pede fluminis qui dicitur Scaone usque ad rivum Camardellæ, & ascendunt per ipsum rivum Camardellæ usque ad viam publicam quæ vadit super sanctum Stephanum, & transit per ipsam viam, & revertitur in prædicto flumine Scaonis. Culturam Comitis Laureti, qua jacet in valle S. Stephani super viam & subter viam cum pertinentiis suis. Vineam de Castro Celeri cum pertinentiis suis, & locum qui dicitur campus facer cum suis pertinentiis. Sanè laborum &c. Liceat quoque vobis &c. Prohibemus insuper &c. Illud districtius inhibentes, ne terras &c. Ad haec etiam prohibemus, ne aliquis monachus &c. Licitum præterea sit vobis in causis propriis &c. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus Episcopus in cuius parochia &c. Illud attendentes &c. Pro consecrationibus verò &c. Quod si sedes &c. Quia verò interdum &c. Porrò si Episcopi &c. Paci quoque &c. Præterea omnes libertates &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis, XVI. Kalend. Aprilis, indictione secunda, incarnationis dominicae anno M CXCVIII. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno II.

*LVDOLFO MAGDEBURGENSI  
Archiepiscopo.*

**S**vperna providentia, quæ populum humanum per diversa rectorum officia statuit in restitutione gubernandum, pontificalem ad hoc tibi contulit dignitatem, ut per congruam executionem

*Epiſt. 20.  
Ipſi dat facul-  
tatem beneficia  
ecclæstifica  
conferendi, &  
Prælatos ad ob-  
sequiū cogendi.*

officij tibi crediti sis aliis virtutis speculum & exemplar. Et licet omnium tibi subditorum cura generalis incumbat, tamen circa Ecclesias & ecclesiasticas constitutiones tibi solicitude imminent specialis, ut per tuam diligentiam Ecclesiae ipsæ, prout convenit, ordinentur, & rite singulis ordinatis in eis divini cultus obsequia celebrentur. Nos igitur in his, in quibus cum Deo possumus, tibi favorem apostolicum impetrari volentes, ut officium tibi commissum valeas liberius exercere, tibi auctoritate praesentium liberam concedimus facultatem ut prælationes, dignitates, præbendas, & cetera beneficia Ecclesiarum illarum quæ sunt tibi metropolitico jure subjectæ, appellatione cessante valeas idoneis conferre personis, si juxta constitutionem Lateranen. Concilij illi, ad quos pertinent, ad commonitionem tuam ea neglexerint ordinare. Tibi præterea pagina præsenti concedimus ut Prælatos tuae jurisdictioni subjectos per censuram ecclesiasticam auctoritate nostra prævia ratione compellas ad consueta & debita tibi obsequia exhibenda. Nulli ergo &c. Datum Laterani VII. Idus Aprilis, pontificatus nostri anno II.

**DECANO MAIORIS ECCLESIAE**  
Magdeburgen.

*Epiſt. xii.*  
Ipsi indulger ut  
Decanatum  
Magdeburgensem  
retineat.

**S**Acroſancta Romana Ecclesia &c. *Uſque ad verbam*, fili, super inopinato caſu tuæ cœcitatris tibi plurimum condolentes, & gerentes erga te pia compassionis affectum, perfonam tuam, cum omnibus quæ in præsentiarum rationabiliter possides, sub beati Petri & nostra protectione ſuscipimus. Specialiter autem Decanatum ipsum Magdeburgensis Ecclesiae, ſicut ipsum justè ac pacificè possides, devotioni tuæ auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus, mandantes ut quod per te non poteris adimplere, per idoneum vicarium exequaris. Nulli ergo &c. Datum Laterani VI. Kal. Aprilis, pont. nostri anno II.

**I**n veteri codice MS. Illuſtrissimi viri Ioannis Baptiſta Colbeiſi ſuperior epiftola, non ad Decanum tantum, ſed ad Decanum & Capitulum ſcripta dicitur, hoc modo: **DECANO & CAPITULO MAGDEBURGENSI. Recipiuntur ipſi & bona eis, ut ſuprā, hoc eft, ſub protectione S. Petri & ſedis apostolice.**



*ABBATI ET CONVENTVI  
ſancti Rufi.*

**S**Ententia quæ ex delegatione ſedis apostolicae ratione prævia promulgatur, firma debet & illibata confiſtere; & ne in posterum aliquorum temeritate valeat perturbari, apostolico eſt munimine roboranda. Eapropter, dilecti in Domino filij, veſtris poſtulationibus grato concurrentes affluſu, ſententiam quam venerabilis frater noster Rain. Lugdunen. Archiepiscopus in cauſa quæ inter vos ex una parte & Hospitalarios ex altera ſuper Ecclesia ſancti Iacobi de Valentia vertebarū, ex delegatione ſedis apostolicae noſcitur promulgasse, ſicut iuste lata eſt, nec legitima appellatione ſuſpensa, & in ipſius Archiepiscopi authentico pleniū continentur, ad exemplar bonæ memorie Celeſtini Pa- pa prædecessoris noſtri auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis scripti pagina communimus. Nulli ergo &c. Datum Idibus Martij, pontificatus noſtri anno II.

*P. SANCTÆ MARIAE  
in via lata Diac. Card. apostolice  
ſedis Legato.*

**S**Olicitudinem tuam dignis in Dominio laudibus commendamus, quæ nec diſcultas itineris, nec infirmitas corporis, nec debilitas ægritudinis revo- care potuit, aut etiam retardare, quod minus festinares ad mandatum apostoli- cum adimplendum, & ſemen verbi domi- ni ac verbum pacis cariſſimorum in Christo filiorum noſtrorum Ph. Fran- corum & R. Anglorum Regum illuſtrium auribus tam ſapienter quam ſalubriter inſtillares. Dedit autem Dominus, qui eſt in ſe ſperantium fortitudo, affectibus tuis in te noſtris effectum, & eorundem corda Regum, indurata priuſis, ad vocem prædicationis tuæ miſericorditer emollivit; ut etiā nondum plenam pa- cem ſtatueris potueris, inter ipſos treu- gas ſaltem quinquennes reſepeſint, & a multis de vere pacis concordia per tuum ſtudium ineunda ſperetur. Ut autem ad ſervandas treugas jam initas & ſtatuendam plenam pacem melius va- leas coercere rebelles, diſcretioni tuæ auctoritate præſentium facultatem libe- ram indulgemus quicquid vel in Reges ipſos, vel in terras eorum, aut alios, & terras

*Epiſt. xii.*  
Ut ſententia  
Lugdunenſis  
Archiepiscopi  
pro ipſis lata  
firma rataque  
maneat.